

D E O Suffragante,  
DISSERTATIO PHILOSOPHICA,  
**L I N G V A M**  
E J U S Q V E  
**P E R F E C T I O N E M**  
EXHIBENS,  
Qvam,  
Ex Indultr Cel. Ord. Phil. in Reg. & Illustri  
Aboënsi Athenæo,

PRÆSIDE

**C A R O L O  
M E S T E R T O N ,**

Log. & Metaph. Prof. Reg. & Ord.  
Publicæ bonorum disquisitioni decenter submittit

ALUMNUS REGIUS

LAURENTIUS PETRUS LINGH  
Smolandus,

Die XVII. Martii, Anni MDCCXLIX.  
Loco horisqve ante meridiem consuetis.  
ABOÆ, Excid. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typ.

MONSIEUR  
**PIERRE VON TÖRNE,**  
Lieutenant Colonel du Régiment de Nylandie,  
Et  
Chevalier de l' Ordre Roial de l' Epée.

UNE chose de conséquence exige aussi une expression parfaite. Suivant cette vérité, le petit ouvrage, qui se présente à Vous, quoiqu'il dépeigne ou pluôt touche seulement la Langue Parfaite, le tout ne seroit pourtant, qu'un imparfait commencement des mérites & des éminentes qualités, qui ont rendis Votre Nom agréable, cher & illustre. L'echo de la voix publique en est le meilleur témoin & fait assez voir, qu'un pinceau émoussé obscurciroit plutôt de tels raisons, que de les éclaircir. Pour cette raison agréez, Monsieur, que me renfermant dans les bornes d'un respectueux silence je ne les franchisse, que pour Vous témoigner ouvertement, combien je suis sensible à l'honneur, dont il Vous a plu, il y a quelque temps, pourvoir un serviteur, en confiant Votre cher Fils à sa

à sa direction. Il est vrai, que j' ai balancé beaucoup, à accomplir mes désirs, en dédiant à un Homme si illustre de telles foibles lignes: Mais le souvenir de cet honneur m' a enfin levé tout scrupule & donné de la hardiesse. Ainsi, apuyé d' un tel choix, ce m' est un bonheur, de montrer au Public ma reconnaissance, & particulièrement le profond respect, que j' ai pour Votre Personne. Prenez donc, Monsieur, je Vous supplie, en bonne part cette intention, daignez même honnorer à l' avenir de Votre protection & de Vos bonnes grâces celui, qui ose Vous offrir avec soumission ces foibles prémices de sa jeunesse. Au reste, qui plaise au Tout-Puissant Vous accorder & à Votre très noble Famille toute la felicité imaginable longues années ici, & après le salut éternel dans les lieux très heureux. C' est le souhait de celui, qui demeurera  
toute sa vie

MONSIEUR

Votre très humble & très respectueux serviteur

LAURENT PIER. LINGH.

MAGNIFICO DOMINO RECTORI  
**D<sup>N.</sup> ALGOOTHO A.  
SCARIN,**

Hist. & Philos. Civilis in alma, qvæ Aboæ floret,  
Academia PROFESSORI atqve BIBLIOTHECARIO  
Regio & Ordinario,  
MÆCENATI MAXIMO.

**O**bstat verborum defectus, qvæ minus in quantum, qvæ  
Tuæ Magnificentiae affectum meum declararem, dis-  
fuerim obstrictus, exprimere qvæam. Caussæ, eaeque gravissi-  
mae, non sunt e longinqvo arcendæ: Quippe, ex qvo Aurai-  
cum hoc Lycem salutare, & a Tua Magnificentia cognoscit,  
sors felicior mibi concessit, singulari prorofus tantoque memet,  
licet immeritus, ciuilatum voluisti favore, ut elogium te-  
nus meæ Minervæ multis supereret excedave parasangis. Ve-  
rum quid rependam? Prob dolor! in gremio deprehendo nis-  
bil, praeter ardens desiderium voto satisfaciendi debito. Re-  
spicias itaque, Mæcenas Maxime, affectum pro effectu. Su-  
scipias hoc opusculum, qvod Tuæ Magnificentiae sacra-  
tum esse, gestio. Largior qvidem, illud tam Amplissimo Non-  
mine indignum; Sinas tamen pignus agere animi devotissi-  
mi & gratissimi: Quid? qvod, submisso contendeo, sveto etiam  
postbac dignum favore censeas eum, qvi pro Tua, Magni-  
fice Vir, ut & Familiae Tuæ Nobilissimæ omnigena & diu-  
turna prôsperitate ad Summum Moderatorem sinceras seduto  
tendet palmas. Permansurus ad urnam usque

MAGNIFICENTIÆ TUÆ

Cliens humillimus & devotissimus  
**LAURENT. PET. LINGH.**

Viro Maxime Reverendo atque Amplissimo

# DN. O L A V O O S A N D R O ,

S. S. TheologizE DOCTORI Celeberrimo, Diocesisos  
Vexionentis ARCHI-PRAEPOSITO longe meritissimo,  
Ven. Confis. Ecclesiast. ADSESSORI PRIMARIO,  
MÄCENATI MAXIMO.

Fluctibus sp*ei* & metus, utrum Tua, Vir summe Vene-  
rande, luma*n* impolito hoc adfectare auderem exerci-  
tio, me diu iactatum, fateor. At, sic vacillantii portum  
tandem aperuit memoria favoris propensissimi, quo rei lite-  
rariae studiosos perpetim excipere soles. Ex rationem cul-  
pam audaciae pignore innocentiae explosuram! Ne succen-  
seas igitur, Mæcenas Maxime, ausibus, nec agresti huic  
ingenii mei factui ex nitore Nominis Tui Celeberrimi fœ-  
nerari lucem, eundem q*uibus* commendatum reddituram,  
refrageris. Quin etiam, supplex obsecro, inter clientes Tuos  
aliquo me quoque dignum habeas loco. Cujus desideriis  
compos sumnum rerum statu*n* venerabor, ut Te, Mæ-  
cenas Maxime, ab omni saevae fortunae i&ctu in longans-  
annorum seriem sartum rectumque conservet, quo, sub Tan-  
ti Viri auspicio, diu viresat ecclesia Dei, Familia Tua No-  
bilitima experietur solatium, nec non alumn*n* Musarum ful-  
crum inconcussum. Huiuscemodi vota non fucata nuncus  
pare perseverabit.

Maxime Reverendi Nominis Tui

Cliens humillimus & devotissimus  
LAURENT. PET. LINGH.

*Viris admodum Reverendis atque Praeclarissimis  
DOMINIS MAGISTRIS,*

In Reg. Vexionensi Gymnasio S. S. Theol. ac Phil. *LE-  
CTORIBUS* dexterimis, S. Synedrii *ADSESSORIBUS* æ-  
qvissimis, ut olim Præceptoribus fidelissimis; ita nunc  
Patronis & Promotoribus propensissimis qvavis pie-  
tate jugiter colendis.

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo*

**Dn. MAGNO THELIN,**

Pastori in Kjärdā & Hånger vigilantissimo, Avun-  
culo unico & benignissimo ad cineres usqve omni  
honoris cultu mihi proseqvendo.

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo*

**Dn. MAGNO BOLIN,**

Cœtus Dei in Fenniâ Pastor fidelissimo, Fautori &  
Evergetæ jugi animi affectu suscipiendo.

*Perquam Reverendo & Doctissimo*

**Dn. ANDREÆ IFLANDRO,**

Sacellano in Odensîd / Lihult & Brå adcuratissi-  
mo, Benefactori & amico æstumatissimo.

**V**esta, PROMOTORES, FAUTORES & BENEFACTORES  
cumenta hac occasione silentio suppressere, foret nihil aliud,  
stris tirocinium hoc qualemque, in tesseram gratae mentis  
jicere audeo. Adspiciatis, rogo, hoc munusculum placido  
Vobis commendata habeatis. Sic, pro Vestra Vestrorumque peren-

Admodum, Plurimum & Perquam

*Cultore observantissi-  
MO AUCTORE &*

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo

Dn. Mag. SVENONI ALMQVIST

Pastori ecclesiarum, qvæ Deo in Unnaryd & Gällen-  
testa colliguntur, meritissimo, Fautori qvocunqve Ze-  
lo & observantiae cultu æstatem fulpiciendo.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo

Dn. Mag. SVENONI STRÖMVALL,  
Ecclesiarum in Odensföd/ Lidskult & Wråi Pastori di-  
gnissimo, Fautori Singulari multis nominibus  
semper venerando.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo,

Dn. Mag. NICOLAO HEURLIN,  
Notocomii Vexionensis Pastori laudatissimo, Con-  
sobrino & Evergetæ nunquam non honorando.

Perquam Reverendo Et Doctissimo

Dn. PETRO PALMELÖF,  
Sacellano in Bolmsö/ Tannåcker & Dannås soler-  
tissimo, cognatione juncto & Amico certissimo.

Optimi, tam sedulae institutionis, quam alius benivolentiae do-  
qvam notam ingratitudinis penitus incurre: Hinc, oculis Ven-  
vicemque redibosumenti eorum, qvæ in me contulisse, salu-  
dulu: Et insuper me, meaque fata, procellis fortunae vexata,  
ni incolumitate suffiri indefessi nibil unquam desiderabitur in

Reverend. Nominum Vestrorum

mo Et devictissimo

RESPONDENTE.

Högtährade Herrar och Wålgynnare/

Herr JOHAN LEMCHEN,

Min Gunstige Morbroder.

Herr SVEN COLLIN.

Herr GEORG EKEGREHN.

Samt

Herr LARS LEMCHEN,

Min R. Broder.

**T**il röhn af tacksamhet / Anhörige och Wänner/

**V**ör godhet mig är wist / åt EDER giswes fram

Få blad om SPÅRK / hwars art HYLKOMLIG,

HEDE känner.

Och fast mot EDER gunst fins ringa dylikt kram /  
Vptagen dock / så brist på rått erkänsla märkes /

Hwad ödet såled's mig i liuset låtit te

Bendigt: Hwaremot ny plicht hos mig utvärkes /

Hwars achtning tiden sielf åt glömnissan ej skall gie.

Then Högste kröne EHR beständigt uti tiden

Ned vålgång: Och / så sent tim glaset runnit ut /

Förlane EDER ro ther fällhet blytt är liden!

Så önskar trogit then / som blifwer til et slut

Mine Högtährade Herrars och Wålgynnares

Görsamste tienare  
LAUR. PET. LINGH;



S. I.

**I**n signia profecto adeoqve excelsa sunt opera summi Numinis, ut modum elogii humani longe lateqve superent. Alia ut iuperedear-  
mus, sola id stabilit facultas, cuius sensa ani-  
mi alis detegendi mortales deprehenduntur capa-  
ces. Facultatem hanc non unico tantum, sed mul-  
tiplicibus diversisqve indicari posse signis, qvis i-  
bit inficias? Dixit nonnemo: (a) *ira contractis,*  
*tristitia deductis, bilaritas remissis, offenditur superciliis.*  
Cicero, (b) compositum & delibutum, contem-  
dit, capillum contemptum prodere aliorum. Mos  
fuit apud Romanos, ut criminis rei, dum senten-  
tia erat dicenda, in terram provoluti oscularen-  
tur genua judicum, qvo eos ad commiserationem  
permoverent. (c) Tot & plura, qvam, qvæ ob-  
tuso depingi queant calamo, alia dantur animi  
indicia. Verum enim vero, qvam commoda sint  
multa; reliqvis tamen palmam quasi præripere  
videntur vivi illi soni, qvi voces & vocabula effi-  
ciunt mentisqve sunt interpretes. Vox per ipsam

A indo-

(a) *Quinctil. XI. 3.* (b) *Orat. I. pro Sext. Ros. Ad-  
mer. C. XLVI.* (c) *Valer. Max. VIII, 1. 6.*

indolem dispelcenda est in articulatam & non articulatam. Nam constituunt vocales & consonantes: hanc vero non item. Tribuitur inde vox inarticulata & homini & bruto: ut priori in risu, fletu & posteriori, ut hinnitus eqvo, balatus ovi, & sic porro. Articulata vero homini competit soli, & bruto, proprie loquendo, non, nisi forsitan sensu generatori & minus usitato ipsas modificationes articulationem vocis appellare placeat, dicit Carpoivius (d) Fuere quidem varii, quibus contraria tueri arrivit: ut, ex antiquioribus, Plutarchus, Empedocles, Sext. Empiricus, Porphyrius: recentiorum vero Is. Vossius & Hier. Rorarius. (e) Ast, licet dicerit psittacus quædam producere vocabula; sapit tamen ejusmodi loquela plus imitationis nachahmet vocis humanæ, quam sermonis. (f) Negamus hinc, bruta natura duce vocabula posse despromere: non vero arte & affectu actione id fieri. Sed proprius ad rem. Voces articulatæ, quibus inde enucleantur aliis, dicuntur a Logicis sermuni. (g) Ex horum vel vocabulorum compositione provenit sermo, ipsum statum mentis ostendens. De hoc Hubnerus (h) sermo, inquit, ist ein aus der Lust-Röhre kommender und in dem Munde vielfältig.

(d) In medit. Philosophico Critica de perfectione linguae C.

I. §. 16. (e) Morboius in Potyh. Lit. L. I. C. I. §.

3. Et Paschius de inventis non antiquis p. 811.

(f) Valbit Lex. Phil. ed. 2. n. 2114. (g) Wolf. Log.

p. 1. Sect. II. C. III. §. 16. (h) In Natur-Kunst-

Berg-gewerke-und Handlungß=Lex. m. 1651.

5

fälsig modifizirter Schall und Laut / durch welchen  
wir das Vermögen haben / unser Gedanken andern  
Menschen zu offenbaren. Et Rufendorfius: (i) *Sermo*  
*est vox articulata, ex impositione hominum, ad communica-  
canda animi sensa, aliquid significans.* Quemadmodum  
termini dantur oblicui, vel clari, pro indele notio-  
nis illis inhærentis; ita idem etiam valet de ser-  
mone, ratione terminorum. Clarius, puta, dum quis  
eundem sensum, quem alter intendit, cum verbis  
prolatis connectit: In casu vero opposito, obli-  
citus. Unde, in priori statu alter alterum intellige-  
re, inque posteriori, non, dicitur. Sed sine ulte-  
riore anibage ad ipsam Lingvam.

§. II.

**C**ontemplationem lingvæ, seu membra sive or-  
gani gustus, missam facimus, dupliei modo  
illam præterea sumi, attendentes. Sic lingva voca-  
tur primo ipsa potentia seu facultas, qua pollet  
homo, cogitata sua aliis voce declarandi: deinde  
nomine lingvæ venit quoque ipsa vox, mentem  
nostram evolvens. (a) Nos vero per lingvam vo-  
lumus habitum ita constituendi sermonem, ut ab aliis  
exhauriatur, & dicitur Svetice Språk eller Tungo-  
måhl. Natura concessit quidem homini loquendi  
facultatem; (b) at non habitum. Illud colligitur  
ex ipso actu: hoc evincit consideratio aliarum lin-

A 2

gva.

- (i) *De officio hom. Et civis L. I. C. X. obs. m. 242.*  
(a) *Valch. in Lex. Phil. ed. 2. n. 2410. dignus est, qui  
hic de re legatur.* (b) *Aristot. Pol. L. I. C. 2. Et Quin.  
Etil. L. II. C. 16.*

gvarum ; qvæ non , nisi per exercitationes , addiscuntur . Argute igitur Valchius ut & vere : ( e ) Die natur theilt dem Menschen das Vermögen zu reden mit ; die Fertigkeit aber erlanget er durch die Übung vermittelst der Nachahmung / das er nach und nach diese oder jene Sprache zu reden fähig wird . Largimur , protoplastis impertitum etiam fuisse habitum ; sed adscribendum peculiari Dei dispositioni oportet . Cæteroquin , horum lingvam , licet qvænam , utrum hebræa an alia fuerit , haud convenienter erudit ; ( d ) unam tamen & indivisam ad extirpationem usqve turris Babylonicæ permanisse , auctoritate S. Codicis ( e ) ducti censemus . Existere qvidem , alia qvi diversitatis lingvarum incububula excogitaturi , vel omnino lecessum fecerunt a dicto allato , ut Borrichius : ( f ) vel illud in significatum detulerant inversum . ( g ) Qyam vero sinistra talia sint judicia , patet ex versibus 7. 8. 9. cap. hujus , perturbationem lingvæ caussam fuisse separationis opificum , & non hanc illius , expresse docentibus . Verum , his euilibet pio verbi divini æstimatori relictis , obiter disqviremus : Num , post tantam lingvarum confusionem , aliqua lingua exstiterit universalis ? Ad hoc : stricte universalis nul-

( c ) In Lex. cit. n. 2114 ( d ) Clerc in sentiment des quelques Theologiens de Hollande sur l' hist. crit. ep. 19. p. 122. Et Buxtorf. in diss. Philol. Theot. n. I.

( e ) Gen. XI. Cap. 7. V. conf. cum I. V. ( f ) In Diatriba de caussis divers. Ling. §. 7. seqq. Et Brerevud de divers. lingv.

nulla fuit, sed tantummodo; qvæ vices talis lingvæ subire posset. Loco hujus habita fuit, olim græca, nunc vero latina. (b) Incrementa illi addebant bella Alexandri M. ejusqve successorum per orientem, ante natum Messiam; per occidentem vero literæ & philosophia, qvæ in Græcia docebatur. Inde Cicero: (i) *graeca, inquit, ubivis sonans*. Accedit, qvod postea, græco sermone, sine dubio, velut pluribus tum noto, novum Testamentum duæ Spiritus S. fuerit publici juris factum. A græca vero ad latinam. Hæc tanti pretii fuit, ut latine loqui, idem esset, ac pure & eleganter loqui. (k) Immo, contenditur, adeo præclare tradita hoc Quiritum sermone, ut esset damnum, idqve haud facile resarcendum, si literaria res ejus faceret jacturam(1). Hinc adsignatur lingua latina orbi eruditæ, ideoqve præterim nuncupatur universalis, qvū in omnibus saltim cultioribus terris eam calleant docti, idqve sane, ut ope ejus lingyæ sensa animi etiam detegant peregrinis.

### S. III.

**D**iversitatem lingvarum dari multiplicem, vel inficitæ plebi est notum. Qvot enim regiones, tot

(g) Herman von der Hardt in Ephemer. Philolog. disc. 3.  
Cui addas Vitrinam in obs. sacr. L. I. Diff. 1. (b) Capponius in med. phil. critica C. I. §. 83. (i) In Orat. pro Archia. (k) Cicero de optimo genere orat. C. II. (l) Inspectiatur diff. Ol. Borrichii de studio lat. purae. Et Praefat. Mosbemii ad Lex., Antibarb., Noltenii. (m) Capponius in medit. supra cit.

tot lingvarum genera. Omnia numerum inire, est supervacaneum; sufficit, lingvam, ut vernacula vel peregrinam, contemplari. Illa ea est lingua, quam cognitio nullius alius antecedit. Ita, si quis linguae Svecanae rudis in Galliam ductus, illicet in Svecia natus vel educatus fuisset, Gallorum linguae prius existeret gnarus; tum non amplius Svecana, sed Gallica lingua ei erit vernacula. Ad hanc descendam opus est crebro exercitio, ipsumque modum ostendit Carpovius hitce: (a) *Dum infans sensu objectum percipit, & audit sonum nominis pronunciatum, tamdiu organa loquelae torqvat, donec similem sonum protrudat.* Quo peracto, ad modum vocabula construendi ab aliis addibitum attendens, simili modi ad habitum sermonem intelligibilem formandi, h. e. ad lingvam, pervenit: Occurrit hic quæstio: an & quousque surdus lingvam discere queat? Circa quam pro & contra disputatur. Notandum vero, soler-tiam humanam surdos loqvendi artem docuisse (b). Neque hoc esse etiū difficile, est assertio Thummigii, (c) quin adhuc difficilius infantem, qui auditu solum sonum percipit, ad loqvendum perducere; præcipue, quum surdo non sit ignota formatio soni in ore loquentis. Miramur hoc; sed adhuc magis relationem Salmurii, (d) dum narrat: inventum, seculo proxime præterlaplo, in Gallia fuisse, qui,

lingva

- (a) In med. phil. critica, C. I. §. 33. (b) J. Wallis in tr. grammatico-phys. de loquela s. sonorum formatione. Et Morbofius de paradoxis sensuum C. 3. p. 310. diss. Acad.
- (c) In Versuch. 3. St. n. 6. p. 206. (d) Vid. ejus A-

lingua licet carens, omnes nihil sciebat alphabeti literas, vi reliquarum oris partium, pronunciare potuit. Porro ad lingvam peregrinam quod pertinet per hanc intelligitur nihil aliud, quam ea lingua, cuius cognitionem antegreditur peritia vernaculae. Usu vel instructione adquiritur; & naturaliter si fiat, adit crebra, ut in lingua vernacula, exercitatio, idque ob absentiam habitus loquendi naturalis.

§. II. Quod his forsitan objicitur et statum Lucæ de Apostolis, quos habitu lingvarum, prima luce Pentecostes, imbuit Deus; (e) opus est, hoc miraculum fuisse, credamus. Ceteroquin, hunc habitum ultra primum diem non durasse, contendebat. Salmasius (f). Sed regerit Carpovius, (g) existimans: symbolum externum habitus, quod apparet erat divisio linguae in ore igneæ, die primo praeterito, evanuisse; non vero ipsum habitum, ut pote quem scopus intentus, qui erat verbi divini prædicatio, necessario exigebar.

## §. IV.

Deam linguae hactenus paucis delineatam sequitur nunc ejus exercitatio. Atqui hanc exposui, in antecessum, de Scriptura, ut altero ejus medio, obiter dicemus. Scriptura itaque absolvitur certis signis vocum vices subeuntibus. Primos ejusmodi signorum fontes inquirere, defertur arti criticæ, sat nobis licere: ea, ad instar vocabulorum,

esse:

*glossographiam edit. 1630. (e) AET. II; r seqq.  
(f) In comment. de Hellenistis p. 252. seqq. (g) In medi-  
antea cit. C. I, §. 37.*

esse arbitraria, id quod ipsa literarum indoles luculentiter testatur. Sic quædam nationes linguis diversis, sed literis iisdem utuntur: e. g. Siones, Germani, Dani, aliæ rursus dissimilibus, ut, Syri, Græci, Galli, &c. Dicta itaque docent, vocabula, ut ajunt, utramque facere paginam, & conseqüenter, lingvam exerceri vel per loquelandam, vel per scripturam (a). Veritatem insuper inculcat experientia, qua magistra scimus, peritiam linguae læpe loquendo augeri. Unde πολυθρυλλος illud Gallorum: *En parlant, on apprend à parler.* Præcipue conspicitur robur veritatis in rudibus regularum lingvæ, & tamen cerebra loquela lingvæ peregrinæ gnaris. Quod scripturam attrinet: illa quoque insigne profus lumen fœneratur lingvæ. Valeat enim illud: Memoriæ melius infigitur, quidquid calamo prius committitur. De cætero, ut præstantia utriusque medii talis exercitationis levi attingatur quoque penicillo, observamus: loquelandam feliciori quidem sidere ciere affectus & vividioribus cogitata depingere coloribus, unde Canzius (b): *Vox, inquit, ore pronuntiata, quoniam viva est, languidos excitando, cum illis tanquam vitam communicat, ideoque voluptatis sinecuae est efficiens.* Verum, loquela licet efficacior sic cœntetur scriptura, hæc tamen certo respectu antecellit. Illa enim præsentibus tantum se considerandam fit: scriptura autem absentibus etiam mentem nostram

(a) Vid. Carpon. in med. phil. erit. C. I. (b) In laudanda hypoerist., ed. Tur. p. 333. §. 113. Huic quoque accedit, praeter alios, Clauberg. in Phys. Comt. p. sp. C. LXIV. §. 1962.

9

Gram aperit. Quid? quod præcepta eruditorum,  
hujus ope nobis, posterisque unice referuntur. En-  
has & plures, quas scriptura suis cultoribus sup-  
petit, prærogativas. At robur asserti in proposito. A  
lingua igitur ad ejus perfectionem volvetur oratio.

§. V.

**V**ocabulum perfectionis varie a variis sumitur.  
Inquit Rüdigerus: (a) perfectionem, dico omne  
id, quod ens secundum rectam rationem sibi conueniens  
deprehendit. Volfius rursum perfectionem vocat consen-  
sum in varietate, scilicet plurium a se differentium in uno (b).  
Et alii alter. Nos vero Volfio proxime accedentes  
per perfectionem intelligimus consentum variorum  
ad finem obtinendum. Inde conspicuum est, fa-  
stigium perfectionis metiendum esse ex amiciore  
vel minus differentium in ente convenientia, nec  
non, quo facilius meliusve pertingitur finis, eo  
perfectius esse medium. Sapientissimus Conditor  
hominem potentia loquendi atque scribendi orna-  
vit, quo notiones suis similes in aliis excitet. Un-  
de Xenophon: Αἰδεῖσθαι μὲν ἐγένετο τὸν δῆμον  
λόγω διδάσκειν αἱ δημόσιαι. ac dii quidem hoc concessere  
hominibus, alios ut doceant oratione, quo facto opus sit  
(c). In eo itaque consistit finis linguae, ut alter al-  
terum intelligat; quare Canzius: (d) Qui a-  
nimis vult sensa cum aliis communicare, is et vult intel-  
ligi. Atque sic, licet ipsi perfectioni interdum ad-

B hære-

(a) Inst. erud. ed. 3. p. 381. (b) Legatur Volf. Et Bau-  
meist. in Met. C. XIII. §. 202. (c) Xenoph. de re eque-  
sti Graec. p. 552. (d) Inst. Orator. scientiarum fami-  
liae totis cognata, ed. Tur. p. 206. §. 1126.

hæreat imperfectio (e); nihilo minus perspicit attentus horum contemplator, lingvam illam dici perfectam, qvæ fini allato sufficienter responderet. De qvanam lingva hoc potest dici, investigare, non constituimus; qvin potius notas perfectæ lingvæ necessario debitas levi calamo delineare. Et eores eo dilucidioribus explanetur pigmentis, eo ordine procedendum, ut primo ostendantur qvæ sunt observanda, tanqvam perfectioni in primis intervientias & deinde, qvæ fugienda, ut eidem maxime noxia & inimica.

## §. VI.

**F**aciliiori negotio percipiuntur ea, qvibus indoles ipsius rei quasi inhæret, qvam, qvæ ab illa deprehenduntur separata. Sic, qvum finis lingvæ expolcat intelligentiam, primo rebus ea nomina, qvæ ab ipsarum essentia vel natura non divelluntur, imponenda sunt. In asserti penetralia descendit Horrichius, dum mentē suam seqventibꝫ verbis exprimit: (a) *Eae voces sunt nobiliores censendae, quae non casu velut improviso res notant, sed adhibita, qvantū fieri potest, ratione naturā rerum intuentur.* Quemadmodum enim imago illa laudatissima, quae rem melius reddit; ita voces, imagines rerum, eae convenientissimæ, quae ad ipsam naturam rerum exprimendam propius accedunt. Felici affecta quidem est hebræa lingva, hoc in casu, fato; contendere vero, eam ad id fastigium perfectionis adscendisse, ut omnis-

(e) Gotſchedius T. I. p. 133. In den ersten Gründen der gesammten Welt-Weisheit.

(a) In Diatriba de causis div. lingv. §. 3. Et §. 8. p. 19.

22

mnibus & singulis rebus nomina adsint essentialia, foret opus aleæ periculose plenum. Tantum tamen abest, ut inde tollatur possibilitas lingvæ essentialis, ut potius eam adstruant tam aliarum, qvam præsertim permulta lingvæ hebrææ exempla. (b) Ita, e ḥn redemit dicitur Christus *Geēl*, qvalem se etiam exhibuit; balare, sibilare nomen reportant ex ipso sono, & sic deinceps. Bene igitur Borrichius: (c) Datur, inquit, lingua receptis perfectior, & ex intima cognitione consensuum diffensuumque rerum naturalium deducta. Ulterius autem, sicut quidquid essentiam rerum indicat facile est intellectu; ita qvoque congruentia terminorum vocumque cognatio, utpote qvæ utraqve, ope phantasiæ, cito percipitur, dum ideam alterius juvat mentio unius; v. g. sincerus, sinceritas &c. Est hujuscemodi toni similitudo in lingua perfecta necessaria, & ad cognitionem vocum respiciendum, in primis ubi usus, quem penes arbitrium est & usus & norma loquendi (d), defuerit, ne sermo sit mente caslus, quem Logici (e) ad inferos amandare satagunt.

### §. VII.

Per anfractus ea sectari, qvæ brevius faciliusve obtineri possunt, tanæ rationi ducitur contrarium. Consistit itaqve adhæc perfectæ lingvæ criterium in justa brevitate & commoditate. Qværi-

B 2

tur:

- (b) Carporius idem it stabilitum in med. ph. erit. C. II.  
§. 141. (c) Tr. supra cit. §. 18. p. 45 seqq. (d) Horat. in arte poët. v. 72. (e) Baumeist. Logic. C. II.  
§. 128.

tur: (a) Quid opus est longis in senatu sententiis, cum optimi cito consentiant? idem hic quadrat in lingvam. Latet enim neminem, sensu verborum per periphraseis, præterim ex oscitatione potius, quam necessitate assumtas, caliginem ostundi. Hinc, ut intelligentia & commoditati simul & semel consu-latur, exprimendus est dispar notionem primari-am ingrediens gradus, in nominibus, una voce: v.g. doctus, doctor doctissimus, liber libellus &c. Scie-te intermixteantur literæ, ne loquenti, vel per assi-duam gutturis agitationem, vel per organorum lo-qvelæ distortionem, quid molestiæ adferatur (b). Quin etiam vocabula ipsa debent omnem respuere prolixitatem & intra cancellos coarctari angustio-res. De priori sibi gratulari potest lingua hebræa, cujus omnis radix tribus ordinarie constat literis, duabusve syllabis: de posteriori tam ejusdem lingvæ affixa & suffixa, quam græca in Synalœpha, ut, *mīsa* pro *mīsā* (c). Verum enim vero ex his, sine respectu consequentia, qualemque brevita-tem perfectæ lingvæ nos adjudicare, ne quis autu-met. Requiritur quidem ad finem obtinendum commoditas brevitatisque; sed absque dispendio per-spicuitatis, quæ utique in discrimen vocaretur, si vocabula talia qualia in unum congererentur acer-vum, vel prolixiora minus prudenter contraheren-tur. Etenim hac ratione incideret in Sylam cu-piens

(a) Fab. Quint. in Dial. C. XLI. (b) Hic consideratus quoque digna sunt verba Carponii in med. pb. erit, C. II. §. 193 seqq. (c) Corn. Schrev. Lex. Græcc. ubi etiam ac. Ei-

13

piens vitare Charybdin; immo, vera existerent verba Horatii: (d) *Dum brevis esse labore, obscurus fio.*  
Hactenus de utroque linguae exercitio conjunctus.

### S. VIII.

**R**equirit linguae perfectio adhuc quædam in scribendo speciatim criteria. Hæc, ut reliqua tantum minoris pretii taceamus, sunt præcipue tria, quorum diversa unus literæ pictura se primum commendat. Ponamus, quamlibet literam unico modo tantum scribendam; quantum vero confusonis, immo, ambiguitatis sensus, intelligentiae semper inimicæ (a), inde emanaret? Quidam, vel saltim plerique tum incerti essent, utrum nomen proprium, an appellativum diceretur &c. Deinde, ita dividendae sunt voces, quemadmodum id patitur earum origo & compositio (b); atque aderit insuper justa verba inter distantia. Nam concatenata & permixta verborum cohærentia plurimum sane difficultatis parit legenti, dum plura pro uno venditari possunt verbo, adeoque in locum genuini auctoris sensus alius, ab hoc longe abhorrens, substitui. Denique, hæc spatia non semper erant vacua; sed interdum opus est, afficiantur signis majoris minoris distinctionis, quæ in primis faciunt, ut tum ipsam sensus indolem, cum in quantum verba ad protasis vel apodosin sint referenda, intelligere queat lector. Regulae dictorum ex fontibus Orthographorum impide-

guris dictionis agitur. p. m. 945. (d) *De arte poët.* v. 28.  
(a) *Canz. in Oratoria.* ed. Tur. p. 267. (b) *Quintil.*

pide hauriuntur (c). Hic satis observare: talia signa esse necessaria; non tamen in quacunque lingua plane eadem & similia, id quod vel sola Latinorum & Graecorum interpunctio evincit. De cetero, uti in loquendo adhibetur commoditas; ita in scribendo. Potest sic perfectio linguae scriptae quandoque etiam constare per expressionem priorum tantum literarum vel aliorum signorum. Exemplum suppeditarunt Romani, qui pr. pro Praetor. S. P. Q. R. pro Senatus Populusque Romanus, Lub. pro lubens, teste Heineccio, (d) scripere. Et Mathematicis placet, ☽ solem, ☾ lunam, \* stellam, idque essentialiter, denotare. Observandum vero, de hisce scribendi modis erit conventum; alias enim periculum, ne lectoribus idem accidat, quod scribis, qui, compendiosae LXX. interpretum scripturae rudes, verba eorum in perversum detorserunt sensum (e). Plura quidem circa perfectae linguae requisita essent monenda. Sed, quo etiam impedimenta ejus distinctioni subjiciantur, hisce diutius immorari non vacat.

### §. IX.

**S**unt quidem permulta, quae perfectioni linguae officiunt; sed, vi §. V. in recentendis eidem maxime

inst. orat. L. I. C. 7. (c) Consul. Heineccii fund. stili cult. p. I. C. II. §. XX seqq. ubi de periodis earumque justa distinctionis punctatione fusus agitur. (d) In Libro nuper cit. p. I. C. I. §. IX. an. I. (e) M. Geret. in diff. 2. de Caussis discrepantiarum versionis LXX. interpretum a textu originali p. 9.

xime noxiis adqviescimus. Horum primum locum  
occupat homonymia, scilicet diversus ejusdem vocis  
significatus. Qvam spissæ tenebræ ei insint, omnis  
pervidet, modo pensitaverit, paucos ea esse sagaci-  
tate, & forsitan nullos, ut ejusmodi voce audita,  
qvisnam sensus sit, probe intelligat. Exempli lo-  
co, Os mund / Os bren / space spatium, atque  
space instrum. typograph. & idem in aliis linguis.  
Editis hinc vocibus, qvis, quemnam induant sen-  
sum, sine cohærentia plurium, perspicit? Ulterius,  
qvam obscuritatem æqvivoca adsciscunt, eandem  
exspectandam arbitramur ex iis vocabulis, qvæ  
uni rei primario, alterique secundario competunt.  
Debet lingua dives qvidem esse verborum, qvod  
qvibusdam pro certo perfectæ lingvæ criterio ven-  
ditare placuit (a); non vero menti multiplicatae  
obnoxiorum. Tantum denique abest, ut licentiam  
nova cudendi nomina cuivis & sine amyssi analo-  
giæ indulgeamus, ut potius in lingua perfecta idem  
faciamus cum Cellario, de latina sic differente: (b)  
Qvam latinitatem haberemus, si analogia sufficeret fingen-  
dis & formandis vocabulis? Quidlibet, qui ingenio non  
obtuso esset, aliquid adderet, qvod sibi videretur conforme  
& analogum, atque ita brevi, in aliam formam & plane  
novam converteretur lingua. Atqui, interdum exce-  
ptionem patitur catus necessitatis: v. g. Si res no-  
va inveniretur, demens omnino foret, eam sine  
nomine relinquare. Confirmavit illud Romuli pro-  
fapia, dum cogitatis explicandis sufficientia non ha-  
bebat

(a) Leg. Carpor. med. phil. erit. C. II. §. 17. (b) Cell.

bebat vocabula: ut voluntarius a voluntate, sic voluptarius non volutuarius a voluptate &c. (c) Præterim licet Philosophis, ut veritatum inventoribus, ~~avouatopoleis~~ (d), modo obseruentur verba Borrichii: (e) Technica, inquit, Logorum, Metaphysicorum, Physicorum vocabula non abominamur, quamdiu intra certos se continent limites. Tot & pluribus sunt ipsa vocabula exoneranda nævis.

## §. X.

**E**xremo denique loco, & tanquam opellæ huic colophonem imposituri ipsum idioma terminis s., dialectum, quæ certus loquendi modus est, breviter discutiemus. Diversitas ejus est e lingua perfecta omnino delenda. Caussam melius ostendit experientia, quam verba. Quid enim concedit, verba, licet eadem sint, sed hic eo alibi alio modo pronuntiata, falces porrigitur obscuritati (a): Nec mirum; siquidem non raro accidit, ut dialectus vel in aliud prorsus verbum distrahat significatum, vel adeo insolitum reddat ut audiens dubius hæreat, utrum receptum aenatum sit verbum. Et manet hæc veritas immota, sive elevatio aut suppressio toni perverte imponitur pluribus coniunctum vel unico sejunctum vocabulo. Notum, quod apud

*Cur. post. prol. p. 2.* (c) *Funciones de virili aet. lat. ling.*  
*P. alt. C. VIII. §. V.* (d) *Müll. Log. C. 9. Lockius de intellectu humano L. 3. C. 1 seqq.* Nec non Titius de arte cogitandi. C. 18. §. 43. (e) *In Dissert. de stud. lat. purae. I. II. p. 172.*

(a) *Med. Carpovii supra cit. C. 1. §. 132.* idem intendit

17

spud Græcos variæ extiterint dialecti: ut Attica,  
Ionica, Dorica, Aeolica, Communis & Pollica (b). Quid  
vero de hac dialectorum diversitate sit tenendum,  
& in quantum Græcorum lingvam existimentur  
reddidisse imperfectam, ex dictis patescere, arbitra-  
muri. Plura de materie substrata dicerentur: at  
eius dignitas, ingenii tenuitas & ipsa instituti ratio  
ea silentio involvere evadent, quæ a facundioribus,  
Tibi, Candide Lector, polliceri gestias. Interim  
rudi Minerva hic enucleata æqui boni que consulas.

(b) Corn. Schr. Tab. dialectorum, ed. Dresd. & Lips. p. m. 944.

Δόξα τῷ τύπῳ.

---

### Til Herr AUCTOREN.

A E Menniskian sitt sinnes wahl  
B åst genom ord / i skrift och tahl /  
För andra kan förklara /  
En sak ju är / som vithord får /  
Hos hvar och en / som tahl förstår /  
Doch samma wil försvara.

I förstoen war ihet allas wål /  
At Herre / bonde / drång och tråhl  
I allmånhet fick ösja  
Eti Tungomähl ibland alt folk /  
Som ensamte war all menings tolk /  
Hvaraf man then kund pröfwa.

Men när vår Gåder alt för fräckt /  
Med Babels torn / som skulle räckt

Til Himmelens / fortsata;  
Så få the straxt för åhra we /  
För strafbar mōda / skadatt se /  
För enda Språk / en skara.  
  
Härav ha wi den mōda stor /  
Att Språket / som vår far och mor  
Sin barn i början lära /  
Ejhelper nu mehr alla fram.  
Ett främmand' Språk i tahl och glæm  
Og nyitta gier och åhra.  
  
Th är det pris och heder vårdt /  
Att man sig rättlig hafver lärdt /  
Om SPRÅKETS art at dömma /  
At röna des FILLEROMEGHET /  
Så at man redigt kan och wet /  
Från slagg des silfver tömma.  
  
Utaf EHRT arbet synes latt /  
MIN BROR / hur' man på bästa sätt  
Här uti sig bör skicka.  
Tå I / hwad fördras til ett Språk /  
Med prästig flit och huswudbråk /  
Här wisen ut til pricka.  
  
EHN mōda him'len löhne så /  
Att I här före måge få  
En fördéhl / som kan swara.  
Emot EHN wäl anlagde tid.  
EHN blifwe lyckan alid blid!  
Then önskar / som wil vara  
Herr AUCTORENS

trogne wän och Broe  
Gabriel Nylander, Vex. Smol.